

XXII. OPITERGIVM (p. 186).

Francisci MELCHIORII Aloysii f. schedas conscriptas c. a. 1587 (is enim adnotatur ad n. 1977, ubi vide add.) intercedente amico Luciano liberaliter utendas ipsas mihi misit dominus comes Paulus Porcia Amalteo Opiterginus. Insunt in iis praeter Gorgensem n. 8815 Opiterginae hae 1971—1974. 1976. 1977. 1980. 1982. 1983. 1985—1987. 1989. 1990. 1993. 1994. 1998. 2001. 2006. 2008. 2011. 2015—2019. 2024. 2029. 2030. Sed cum easdem schedas satis plene excusserint Albrizzius et Coletus, pauca inde in additamenta referenda fuerunt.

COLETI syllogen Opiterginam ex parte edidit SEMENZIUS in libro de Tar-

visio infra (p. 1070) citato p. 240—243 ad exemplar servatum Opitergii apud Amalteos hodie Porcios. Habet id additamenta quaedam, sive Coleti ea sunt sive alius viri docti, scilicet fragmenta minuta servata in domo Amaltea.

Gaetanus MANTOVANI professor Bergomi degens libro *Museo Opitergino* (Bergomi 1874. 8. pp. 276) lapidarium Opiterginum inseruit usus sylloge mea. Adhibuit praeterea id ipsum exemplar Coleti, de quo modo dixi.

Nuperrime egregius amicus Thomas LUCIANI, cuius saepe mentionem feci, Opitergina complura post Mantovanium mea causa diligentissime recognovit.

ad n. 1964. Quae aliter dedit Mantovanius p. 18 L-CARMINIVS ET IARIBVS, recognito titulo erronea esse Lucianus affirmat.

ad n. 1965. Valvaso in sylloge maiore f. 35 addit: *dall'altra banda di questo sasso vi sono le soprascritte parole*, scilicet *TEMPLVM | DEAE CERERIS*. Hoc additamentum ut omnino fictici-um est, ita de altero quoque titulo ab uno Valvasonio relato dubitationem inicere potest. Sed eum defendit vera scriptura *caelo*, pro qua Valvasonius sine dubio dedisset *coelum*, si ipse excogitasset.

ad n. 1968. Mantovanius p. 34 et Lucianus in his variant: 3 VRINAT /// — 7 /// TVAM-DE /// — 9 seq. /// VSTALI /// ||| ||| RGINOR /// ||| NIFIC (NIFICI Mant.) ||| ||| E (de E dubitat Lucianus) -CONT /// ||| POSV ///. Unde in fine suppleendum est:

sua munIFICentia | honorE-CONTentus | POSuit.

ad n. 1971. Adhuc adservari Camini in ecclesia ait Mantovanius p. 32, esse in titulo negans v. 7 ab Accursio lectum, idque verum esse confirmat Lucianus, qui titulum ad basim usque detegendum curavit.

ad n. 1973. Melchioriana, a quibus auctores reliqui pendent, legunt v. 3 CVM · QVA · VIXIT · AN · XXV · RELIGIOSE, 6 PROPIO.

ad n. 1977. 'Rep. pridie cal. Dec. 1587 in domo Francisci Melchiorii Aloysii filii' praescriptum est in schedis Melchiorianis. Reperit praeterea Lucianus ipsum lapidem eo quo Coletus vidit loco, scilicet in macerie vineae olim Capelli, hodie Soletti-Bon. Recte edita est; 6 OPTIM | Luc., qui item ait infra fractam esse.

ad n. 1978. Quod conieceram partem effractam eam esse quam Mantovanius ait mus. Opit. p. 109 *frammento di fregio architettonico in grandi proporzioni giacente tra un mucchio di antiche macerie in Villa Giacomuzzi*, eatenus confirmavit Lucianus, quod agnovit in eo fragmento litteras *A · LAETQ*. At litteras diversas esse ait et multo maiores. Ibidem extat alterum eiusdem lapidis fragmentum *SMV*. Videntur pertinuisse ad eiusdem hominis titulum alterum.

ad n. 1980 'rep. in agro D. M. Paludis M p. ab Opitergio' Melchioriana.

ad n. 1983. Opitergii *nel finimento del primo scallino al di fuori della porta maggiore della chiesa d'Osmelle*.

P · AIACIO

P · F

Sic Melchioriana, e quibus videtur sumpsisse Coletus.

ad n. 1985. Vidi Veronae apud Smaniam, unde dedi inter Aquileienses n. 1126 a. Mantovanius p. 80 hodie esse ait Opitergii in villa Galvagna; anaglyphum exhibet in tabula.

ad n. 1987=2213. Postea Venetiis in museo Capello.

ad n. 1988. Valvasonius f. 37 sine loco, praecedente n. 1054, sequente Querensi n. 2091. Legit sic:

CANNVTIA · REGILLA

CANNVTIA · SEDATA

ad n. 1989. Extare adhuc loco antiquo ait Lucianus. Ex Coletianis suis plenior dat Mantovanius p. 64 sic:

L · CARMINIVS Q F

IVNIANVS

ad n. 1990. Sic emenda ex Melchiorianis:

CARMII
C · F · MINAI
ET · STACT
NVTRICI

ad n. 1991. Adhuc in villa Galvagna. Supra est sphaera cum leone. Mantovani p. 99.

ad n. 1997. Mantovanius p. 70 (cf. add. p. 205) et Lucianus, qui recognovit, sic dederunt pleniorum:

D M

H A V E M I H I

H E R A C L E · F I L I

I N C O M P A R A B I

5 L I S Q V I V I X I T

A N N I S · V I I I · M E N

S I B V S · X I · D I E B V S

X I I I

T C E

P A T E R P I E N T I S

S I M V S · P O S V I T

F I L I O M E R E N T I

ad n. 2002. Mantovanius p. 77 ex Coletianis suis addit scriptam esse in cocto latere alto ped. 2½ ven., lato unc. 8.

ad n. 2008. Valvasonius in sylloge f. 32' exhibet perturbatam, sic:

PVPIA · L · LOEME

RAVENAE

EVS · SP · S · Q · E · V · P · M · P · HIC

· S · EST · V · ET · B · V · D ·

Scilicet adhaesit fragmentum Ravennas (v. 3. 4) quod idem Valvasonius separatim proponit in sylloge minore reperta inter Muratoriana.

ad n. 2010. Hodie magis imminuta in vinea Capelli in ripa Navisegi. Mantovani p. 92.

ad n. 2013. Mantovanius p. 78 et Lucianus emendant 6 LABSVS.

ad n. 2015. Extare adhuc ante fenestram vineae Soletti - Bon ait Mantovanius p. 80. Lectio non differt.

8782 Opitergii rep. ad S. Martini in campo dd. Revedin.

NIO
res TVTO
VRD
prae F · FABRV M
5 D D
curat ORI OB
merita

Recognovit Lucianus. Mantovani p. 30.
I NIO, 3 VRDO Mant.; emendavit Lucianus.

8783 Oderzi nuper rep. una cum n. 8788 *nel campo delle Rive*. Una cum titulis his duobus diversis, sed simillimis, prodiisse lapides sculptos ex arcu fortasse reliquos adnotat Lucianus. Nunc apud eq. Gasparinetti.

P · VENE TEIVS · P ·
III · VIR · ARCV M · S
SIBI · PATRONO ·

Recognovit Lucianus. Mantovani p. 61.